

Germani distinguunt, quibus Acanthis est ein Zeisig/ Carduelis ein Distelfinck oder Stiglitz. Meminit huius avicula Virgilius 26

*Littoraq; alcyonem resonant & acanthida dum,*

simulq; Etymologiam vulgatam confirmat: ubi Clarissimus Taubmanus expressè, *Axavdis, carduelis, Distelfinck* cui pollicem premis Hadrianus Junius, Medicus doctissimus, in Nomenclatore. Meminit quoq; Theocritus 27.

*Ἀκανθῶν κόρυδοι καὶ ἀκανθίδες*

quarum nomen in versione, liberiori illâ quidem, Eobanus neglexit, Daniel autem Heinsius inseruit

————— *acredula nobis  
eminus in densis residens stridebat acanthis,  
casitaq; addebant, & acanthides, & sua iurtur.*

Quòd verò in Nomenclatore Nicodemi Frischlini ad huius avis vocabulum Gothardus Arthus Dantiscanus, aut quisquis tandem fuerit illorum Proverbiorum consarcinator, addiderit illud Proverbium, *Axavdis, & tērl, &* Acanthia cicada, in eo leviter erravit, siquidem, uti rectè deduxit Erasmus Roterodamus in utilissimò Adagiorum opere, non ab Acanthide ave, sed ab Acantho AEoliæ opido, uti omnes cicadae mutæ sunt, ut in tractu Scriphioranæ, locutio illa exorta fuit.

De Alaudâ *Alauda quoq; cantu nobilis est, quo insignem erga suum Creatorem testatur gratitudinem, illustri mortalibus & omninò imitando exemplo, quod celeberrimus ille Germanica lingua panegyristes Martinus Opitius ita expressit 28*

*Die Lerche schreyt auch: Dir/Dir/lieber Gott/allein  
singt alle Welt/Dir/Dir/Dir wil ich danckbar seyn.*

forjan ad illud Friderici Taubmani 29 respiciens

*Ecce, suum tireli tireli tiritir/ire tractim*

*candida per vernum cantat alauda solum.*

Caput verò rei sive doctrinae est, "Quemadmodum alauda cum maximâ iucunditate, extensis in aëre pennis, vocis modulamine, latioris aura tempo-

(26) Georgic. III, v. 338. (27) Eidyll. 2. (28) in Zlatuâ f. de Tranquillitate animi. (29) in Schediasm. l. uno Elegiarum, pag. 149.